

MARCŪ

quoniam sciebant eum.
Et diluculo ualde surgens.
egressus abiit in deser
tum locum. ibique ora
bat. & persecutus est eum
simon. & qui cum illo
erant. & cum iuuenis
sent eum. dixerunt ei.
quia omnes quaerunt te.
& ait illis. eamus in pro
ximos uicos & ciuitates
ut & ibi praedicem.
ad hoc enim ueni. & erat
praedicans in synagogis
eorum. & omni galilaea
& daemonia eiciens.
Et uenit ad eum leprosus
deprecans eum. & genu
flexo dixit. si uis. potes
me mundare. Ihs autem
misertus eius. extendit
manum suam. & tangens
eum. ait ei. uolo mundare.
& cum dixisset. statim dis
cessit ab eo lepra. & mun
datus est. & comminatus
est eis. statimq. eiecit illū.
& dicit ei. uide nemini di
xeris. sed uade ostende
te principi sacerdotum.

& offer pro emundatione
tua. quae praecepit moy
ses in testimonium illis.
At ille egressus. coepit prae
dicare & diffamare ser
monem. ita. ut iam non
posset manifeste in ciuita
tem introire. sed foris
in desertis locis esse. &
conueniebant ad eum
undique.
Et iterum intrauit caphar
naum post dies. & audi
tum est quod in domo esset
& conuenerunt multi.
ita ut non caperet neq.
ad ianuam. & loqueba
tur eis uerbum. & uene
runt ferentes ad eum
paralyticum. qui a qua
tuor portabatur. &
cum non possent offerre
eum illi praeturba. nu
dauerunt tectum ubi
erat. & patefacientes
submiserunt grabattū
in quo paralyticus iace
bat. Cum uidisset autē
ihs fidem illorum. ait
paralytico. fili. dimit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen
Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991
The J. Paul Getty Museum, Los Angeles, Ms. Ludwig II 1
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/getty_msludwigII1/0105